



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

26. Christus venit ad Ioannem ab eo baptizandus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

VITÆ
D. N. JESU
CHRISTI
Monotessaron.

PARS II.

*Continens acta præcipua D. N. JESU
Christi ab anno ætatis trigesimo.*

MEDITATIO XXVI.

*Christus venit ad Ioannem ab eo
baptizandus.*

I.

ET factum est in diebus illis,
venit IESVS à Nazareth Galilææ.
Marc. 1. 9. in Iordanem, ad Ioan-
nem, ut baptizaretur ab eo. Matth. 3. 6. 13.

II. Ioannes autem prohibebat eum, di-
cens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis
ad me? *Matth. 3. 6. 14.*

III. Respondens autem IESVS, dixit ei:
Sine

Sine modò, sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc dimisit eum. *Matth. 3. Vers. 15.*

I V. Et baptizatus est I E S V S. à Ioanne in Iordane. *Marc. 1. Vers. 9.*

MEDITATIO XXVII

Qua in hoc Baptismo evenerint mirabilia.

I. **B**aptizatus autem I E S V S, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei caeli. *Matth. 3. Vers. 16.* Factum est autem, cum baptizaretur omnis populus, & I E S V S baptizato & orante, apertum est coelum. *Luc. 3. Vers. 21.* Et vidit caelos apertos. *Marc. 1. Vers. 10.*

II. Et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. *Luc. 3. Vers. 22.* Et vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se: *Matth. 3. Vers. 16.* & manentem in ipso. *Marc. 1. Vers. 10.*

III. Et ecce vox de caelis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi com- placui. *Matth. 3. Vers. 17.* Et vox facta est de caelis: